



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn


### **Resolutiones Pastorales De Præceptis, Vitiis Capitalibus, Et De Sacramentis**

**Marchantius, Jacobus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1655**

Ad Pastores, Et Lectorem Benevolum. Præfatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41699**



AD PASTORES,  
ET LECTOREM  
Benevolum.

PRÆFATIO.

**R**ESOLUTIONES hæ Pastorales in prima sua editione per varia nostra Pastoralia Opera, grandiusculis erant commixtæ Voluminibus ; nunc visum est in gratiam Pastorum in unum Libellum eas redigere , & relectas, recognitas, auctas, iterum luci reddere, quod id à me postularint Pastores plerique, nec non & Theologi, ac Theologiæ Lectores pereruditi. In his multa usui esse poterunt Confessariis, ut practicè possint resolvere quæ conscientiam concernunt in ministerio Sacramentorum. *Prima Pars agit de Resolutionibus circa præcepta Decalogi. Secunda, de Resolutionibus circa vitia Capitalia. Tertia (constans velut alterum & secundum Tomulum) agit de Resolutionibus circa administrat ionem*



PRAEFATIO.

*nem Sacramentorum.* Hæc omnia si attentè perlegantur, magnam partem Casuum moralium conscientiaè comprehendere invenientur, compendiosè tractatam, & resolutam secundum opinionem celebriorum Doctorum. Quorum doctrinae multa ex praxi à nobis adjecta esse non sine communi utilitate, etiam deprehenderunt qui legerunt, publicâ voce id ipsum fassi. Doctorum interim multiplicia loca citare prætermisi, ut brevitati consulerem: interim rationem semper adiicio cuiuslibet Resolutioni, ut firmiorem illam reddam; quam quidem rationem opto ponderari ab his qui legerint.



FEL.